

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Regimen siue regere d
cum fonte primo

Quicumque proprium corpus subegerit
nec eius passionibus turbari animam
suam rector sui congrua uiuacitate
permiserit, is bene regia quadam
potestate se cohibens rex dicitur quod
regere se nouerit et arbiter sui iuris
sit ne captius trahatur in culpam
nec preceps feratur in uicium.

Ambrosius super illud Psalmorum:
Anima mea in manibus meis.

quicumque proprium corpus subegerit
nec eius passionibus turbari animam
suam rector sui congrua uiuacitate
permiserit, is bene regia quadam
potestate se cohibens rex dicitur, quod
regere se nouerit et arbiter sui iuris
sit, non captius trahatur in culpam
nec praeceps feratur in uitium.

Ambrosius Mediolanensis, *Expositio
Psalmi 118*, 14, 30 (CSEL 62, M.
Petschenig ed., p.318, ll.15-19).